



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

21. De obedientia clericorum ad Episcopum, & filiorum ad patres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

materiæ, quæ in lege iusta est coniuncta cum grauitate poenitentia; & in rebus dubijs non debet homo exponere se periculo peccandi, agendo contra tales leges: videntur enim istæ exprimere maiorem intentionem obligandi ipsorum legislatorum, cum non solum præcipiant, verum poenas infligant transgressor. Poenam autem nullus tenetur soluere ante condemnationem, quamvis aliqui putent contrarium: sed opposita sententia communissima & vera est. Vnum autem est argumentum contra istos forte: nam cap. fin. de celebratione Missæ præcipitur, ne Latinus in Occidentali Ecclesia consacret in fermentato pane, alias priuat urbis officio & beneficio. Illa lex est penal, & secundum hos non obligat ad mortale; & nullus profecto auderet dicere non esse mortale peccarum, scienter consecrare in fermentato. Lex ergo poenalis obligat. Hæc sunt, in quibus non est tanta Doctorum concordia circa obedientiam legibus exhibendam. Tertijs pars tamen tenenda est: nam si leges humanæ, & poenales præsertim, non obligant ad culpam, multa fient mala contra bonum commune, nec id affirmare est Doctoris, sed principis, aut alicuius Concilij. Simus ergo in communi sententia.

*De obedientia clericorum ad Episcopum, & filiorum  
ad patres.*

C A P V T      XXI.

**E**rga obedientiam clericorum ad Episcopos aliquot sunt dicta notanda.

Primum est, clerici in his, quæ ad statum proprium clericalem pertinent, teneuntur suis Episcopis obediens, & ablytationabili causa nolentes obediens in re graui præceptis Episcoporum mortaliter peccant, vt tenet Sylu. verb. obedientia § 7. & Angel. ibid. nu. 9. Si ergo Episcopus præcipit clero, ut alii vestiti utratur prouer modestiam, vt taliter se gerat erga cultum diuinum, teneatur obediens.

Secundum est, laici etiam tenentur obediens Episcopis, in his, quæ ad salutem ipsorum spiritualem pertinent. Ita habent Innoc. & Panor. cap. veniens, extr. de sent. excoimm. In his ergo quæ ad sacerdotum susceptionem, & præceptorum Ecclesiastico-

*sticorum, & diuinorum impletionem spectant, debent laici  
ab aliis superioribus Ecclesiasticis.*

Tertium est, clerici non sunt subditi sacerdotalibus, nisi sit ex Pontificis aliqua concesione, ita habetur cap. Ecclesia, de constitutio: vnde non tenentur obedire ipsorum praeceptis, nisi in his quæ faciunt clerici vi sacerdtales, seu laici: vnde, si in negotijs & contractibus sacerdotalibus se ingerat clericus, stare debet statutis sacerdotalium Principum.

ricus, stare debet statutis laicorum principium.  
Erga obedientiam filiorum ad partes, id vnum notandum  
est, teneri obedire parenibus, dum sub eorum sunt potestate,  
in his, quae ad res domesticas, & bonos mores pertinent; & in  
regrauit nolle acquiescere parentum praecepto, morale est, vt  
tenet Sylu. ver. obedientia. §.i. & Angel. ibid. num.i. Quando  
ergo mater praecepit filiae, ne inhoneste viuat, obedire tene-  
tur: & quando praecepit pater filio, vt literis vacet, vt abstineat  
a mala aliqua conuersatione, vt domus curam habeat, obedi-  
re tenetur. Attende autem, quod spernere parentum consilia,  
vel praecepta, etiam obligantia ad veniale; aut nolle facere  
hoc motiuo, vt non obedient (dico autem spernere positiuem,  
quia paruipendunt parentum obligationem) mortale est, vt  
superius diximus cap. 19. Ista sufficient modo in particulari  
attigisse de inobedientia.

## De præsumptione.

C A P V T      XXII.

**A** Ltera filia superbiae, secunda post vanam gloriam, præsumptio est. Hæc autem potest sic describi. *Est appetitus se exhibendi supra propriam potestatem.* Cum enim homo vult dicere, vel facere supra id, quod verè potest, ac si talia exhibendi haberet potestarem, dicitur præsumptuosus. *Est autem præsumptio in quibusdam casibus mortale peccatum.*

Primò , cùm præsumptio coniuncta est cum notabili danno proximi , vel sicut em periculo talis damni ; vt , qui , cùm ignarus sit medicinæ , aut parum sciat , vult exercere medendi artē ; & , qui ignarus est legum , patrocinandi minus assumit ; & qui nescit Theologicas veritates , vult concionari populo de rebus multū arduis .

**Secundo**, quando est usurpatio alicuius dignitatis, aut of-